

Exactio Civilis et Propore duorum
Quartalium pro reparatione Civi-
tatis Leopoliensis designata.

29
30

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae etc. Signi-
ficamus tenore presentium universis, Quia
amuentes supplicationibus consulum nostrorum
Leopoliensium, volentesque; ut reparatio et mu-
nitio ipsius Civitatis Leopoliensis per eos fini-
cepta ad celerem et debitam perfectionem dedu-
catur, dandam et concedendam eis duximus pro
ipsa reparatione et munitione ejusdem Civitatis
Leopoliensis exactorem nostram Civilem in
presenti generali Cracoviensi Conventu in-
stitutam necnon exactorem Propore duorum
Quartalium anni unius videlicet à feria quarta
post Dominicam invocavit proximè præterita
ad feriam quartam post Dominicam Penteco-
stes proximè futuram, alterius vero quartale
extans immediatè sequentis ab eadem feria
quarta post Dominicam Pentecostes inipi-
ende et ad feriam quartam post Festum exal-
tationis Sanctae Crucis proximè futuram ter-
minandi et finiendi, damusque et donamus
per Praesentes per eodem Proconsulem et Con-
sules Leopolienses pro continuatio reparatio-
nis et munitionis eorum Civitatis percipien-
dam et convertendam. Quocirca tibi generoso
Dobeslao Chmielechi Equitoni Premisliensi et
Terrarum Russiae Exactori nostro generali & pro
tempore existenti mandamus, ut in hac Do-
natione

natione nostra medicos Proconsulem et Consu-
les Leopolienses conserues, praedictasque exa-
ctiones ad tempora superius descripta ab illis
et Civibus Leopoliensibus non exigas, sed libere
illas per eos percipi et pro reparatione et ma-
nitione eorum Civitatis converti permittas,
et permitti facias pro gratia Nostra aliter
non facturus, haec in quibus sigillum nostrum
est impressum testimonio Literarum. Datum
Cracoviae in Conventionione generali feria quarta
proxima post Dominicam Letare Anno Domini
millesimo quingentesimo decimo octavo, Regni
Nostri Anno duodecimo.
Sigismundus Rex.